

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9123

Auteur(s) : Guillaume Ier Burel, Avranches (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1187-1191]

Action juridique : confirmation

Description de l'original : Chirographe (cirographum)

Langue du texte : latin

Chirographe (cirographum)

Analyse

Guillaume évêque d'Avranches fait connaître l'accord conclu entre l'abbé de Savigny Guillaume et le prêtre Richard de Sourdeval à propos des dîmes de Sourdeval.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 976, n° 1127.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Abrincensi, n° CXXXIII)

Texte d'après A

Willelmus Dei gratia Abrincensis episcopus omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino perpetuam. Noverit universitas vestra quod cum Willelmus abbas et conventus Savigneii es una parte et Ricardus de Surda Valle presbiter ex alia inter se super quibusdam capitulis contenderent tandem post multas altercationes, interveniente auctoritate et assensu nostro super omnibus illius capitulis concordiam inierunt. Memorati autem abbas et monachi adversus dictum Ricardus propovebant quod de duabus garbis decime ecclesie de Surda Valle quae quidem decima ad prefatum monasterium nosatas pertinere ipiss plurima dampna et injurias irrogavit. Addebant etiam quod cum due garbe decime de dominio Roberti le Butiler ad eos secundum assertionem suam debeant pertinere. Dictus Ricardus eas detierendo ipsos inde molestabat ita quod interveniente facto suo, decimam illam non poterant pacifice obtinere. Ad hoc autem sepedictus Ricardus respondebat quod decimam illam non tenebat nomine suo sed nomine dicte ecclesie in cujus usus secundum assertionem parrochianorum, decima illa expendi debet et converti. Pretaxatus quoque Ricardus asserebat quod dicti monachi optentu cujusdam coventionis que inter ipsum et eosdem monachos facta fuerat super decima de cortiseigiis ipsi annuati quatuor quartarios ordeï aut siliginis si ordeum ad completum non sufficeret solvere tenebantur, monachis e conta proponentibus quod ex illa conventionione tantum ad trium quartariorum solutionem annuam tenentur. Preterea inter eos erat controversia de terra quadam quam tenebat Robertus Burel miles qui ad jus dicte ecclesie pertinere debet, Ricardo proponente quod monachi illi promiserant se super eadem terra ligaturos et pro posse suo ad jus ecclesie redacturos, quas si possent optinere ipsi Ricardo terram illam tanquam persone ecclesie dimittunt. Super primo autem capitulo prefato

Ricardus suum protestatus est excussum manifeste profiteus dampna data super decimam illa et injurias irrogatas. Peratus (?) quoque satisfacere ad honorem et utilitatem monasterii Savignei et juramento interposito promittens se ab hujusmodi dampnis et injuriis adversus illud monasterium in perpetuum cessaturam. Super decima autem de dominio Roberti le Butiler sub hac forma composuerunt quod dictus Ricardus ne quaquam ulterius, eandem decimam facient colligi, nec per se vel per alium detinebit et si forte inter monachos Savignei et parrochianos illius ecclesie super eadem decima questio oriatur, idem Ricardus non auxilium nec consilium prebebit super causa illa contra eosdem monachos sed bona fide ad eorum vexatione in illo litigio abstinebit super decima autem de contilagiis in hunc modum convenerunt, quod pretaxatus Ricardus contentus erit annua prestatione trium quartariorum sub forma dicta sibi ab ipsis monachis facienda. De terra autem detenta ab prefato milite qui ad illam ecclesiam dicitur pertinere, abbas et monachi promiserunt quod cum se temporetamen prius optulit et sibi viderint expedire super illa terra jus ecclesie pro posse suo nitentur cum debita sollicitudine optinere et si forte terra illa ad jus ecclesie redierit in parte illa que est inter duo chemina grangiam quandam ad communem repositionem totius decime que videlicet pertinet ad monachos et dictum Ricardum monachorum sumptibus construatur et quod sibi residuum erit in usus monachorum pro eorum voluntate cedit. Reliqua autem pars dicte terre et preterea omnis alia terra elemosinata que ad ecclesiam spectat ad prefatum Ricardum libere pertinebunt. Ab utraque autem parte concessum est quod interim tota decima per eanmunes (?) servientes et unum colligetur et si nichil in grangia que in cimiterio fiet reponetur per modum in grano et stamine dividetur, monachis duas partes Ricardo terciam percepturis. Hanc autem conventionem dictus Ricardus se in perpetuum bona fide servaturum nobis presentibus juramento interposito roboravit. Ut quod memorata compositio perpetuam optineat firmitatem, eam duximus litterarum nostrarum et sigilli nostri munimine confirmandam. Testibus hiis : W. decano, Gaufrido cantore, Gaufrido thesaurario, Radulfo de Conde archidiacono Baiocensis, W. et Roberto archidiaconis Abrincensibus, Nicholao magistro scholarum, Ricardo subcentore, magistro W. de Hispanie, Hugone, W. de Amene, Herberto canonicis, Roberto de Profundo Rivulo, W. de Arel, Roberto de Fonteneio, Roberto de Vezie sacerdotibus et pluribus aliis.